

1 In nomine sanctae et individuae trinitatis, patris scilicet et filii
 et spiritus sancti. Imperator Caesar Flavius Constantinus in Christo
 Iesu, uno ex eadem sancta trinitate salvatore domino deo nostro,
 fidelis, mansuetus, maximus, beneficus, Alamannicus, Gothicus, Sar-
 5 maticus, Germanicus, Brittannicus, Hunicus, pius, felix, victor ac
 triumphator, semper augustus, sanctissimo ac beatissimo patri patrum
 Silvestro, urbis Romae episcopo et papae, atque omnibus eius suc-
 cessoribus, qui in sede beati Petri usque in finem saeculi sessuri
 sunt, pontificibus nec non et omnibus reverentissimis et deo ama-
 10 bilibus catholicis episcopis eidem sacrosanctae Romanae ecclesiae per
 hanc nostram imperialem constitutionem subiectis in universo orbe
 terrarum, nunc et in posteris cunctis retro temporibus constitutis,
 gratia, pax, caritas, gaudium, longanimitas, misericordia a deo patre
 omnipotente et Iesu Christo filio eius et spiritu sancto cum om-
 15 nibus vobis.

Ea quae salvator et redemptor noster dominus Iesus Christus,
 altissimi patris filius, per suos sanctos apostolos Petrum et Paulum,
 interveniente patre nostro Silvestro summo pontifice et universali
 papa, mirabiliter operari dignatus est, liquida enarratione per huius

Pseudoisidor. Lang- und Kurzversion:

5. Hunicus] unicus *B_{Yat} C₅ C_B*. 11. constitutionem] constructionem *C₄*. 16. do-
 minus] dominus noster *B_O C_B C₄ C₅*. 19. enarratione] narratione *C₄*.

Anselmo dedicata:

14. spiritu] cum spiritu. 16. dominus] dominus noster. 17. altissimi] altismi *V*.

Coll. XII partium:

3. domino deo] deo domino. 7. eius successoribus] *fehlt*. 11. constitutionem]
 constructionem. 19. enarratione] narratione.